UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Peregrinvs terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

5. Quomodò vulnera Christi satient animam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49469

Visual Library

[...]ſtatem reperies: deſiſte ab inquirenda quiete, à Chri-ſti vulneribus remota & aliena, & vera frueris pace & quiete.

Consideratio V.

Quomodo Vulnera Chriſti ſatient animam.

IN vulneribus Chriſti reperit anima, quidquid in ſuum auxilium & confortationem deſiderare poteſt. S. Ambr. lib. 3. de
Verè enim cum S. Ambroſio dicere poſſumus: *Omnia* Virgin.
habemus cum Chriſto, & Chriſtus eſt nobis omnia, puta, in vulneribus ſtis; in quibus medicamen reperis procurandis plagis & vulneribus tuis, ſanctitatem pro tua iniquitate, virtutem & robur pro tua debilitate. *Si febribus æſtuas, fons eſt: ſi grauaris iniquitate, iuſtitia eſt: ſi indiges auxilio, virtus eſt: ſi mortem times, vita eſt: ſi tenebras fugis, lux eſt: ſi cibum quæris, alimentum eſt.* *Idem lo. cit.*

1. Cauſa & principium omnis noſtri boni eſt Diuinitas & ſpiritus viuificus & Deificus Chriſti: verùm hic Spiritus non influit niſi in proprium corpus & propria vulnera: *Anima non viuificat niſi proprium corpus* (ait D. Auguſtinus) *& corpus meum non viuit de ſpiritu tuo,* In Ioan.
nec corpus tuum de ſpiritu meo. Vis ergò & tu viuere de tract. 46.
ſpiritu Chriſti: eſto in corpore Chriſti. Habita tàm cogitatione, quàm affectu in ſanctiſſimis vulneribus, & particeps fies Diuinorum effectuum, *& Chriſtus in ſuis vulneribus erit tibi omnia.*

3. *Chriſtus eſt nobis Sapientia, Iuſtitia, Sanctificatio,* 1. Cor. 8.
Redemptio per vulnera, inquit Apoſtolus; *& per modum meriti* ob gratiam capitis, *& per modum efficientis*, quia ſunt inſtrumentum coniunctum Verbo: *& per modum exempli*, cùm ſint noſtræ ideæ. *& per modum finis*, quia quod ſumus & facimus, ordinandum eſt ad honorem & gloriam ſanctiſſimorum vulnerum.